

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János Romæ, 1658

Anno MDCLIII. Soc. 113.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

[et

ine

ap

ad

cu

Ha

nu

ma

iui

ligi

cre

Eli

del

tue fili

ad

tur

tat

ad

inc

te 1

1113

ne

De

læp

Pat

Ide

101

ple

Lui

Per

edu

CIO

Temples B V. erigere .

Sabbato. Lectio. Menen 30. [44.

1250 In Sinis, in Vrbe Yempim, templum Del Matri à Patre duodam de Societate extructum, Mandarinis nobilibus per epigrammata docta dedicationem celebrantibus. Ibidem in alio templo fingulis hebdomadis sabbato confluent Christiani; ac audito de B. V. sacro varia de rebus calestibus legunt, & audiunt ;adiedo seuero eius diei ieiunio & flagris quibus ipsi se vltrò afflicant. S. Sabbas: O, inquit, auro comante fulgentissima turris, irrigate solaribus radys throne, incomprehensum prodigium!

0b. 1.652. Manci-" B. V.

1251 P. Stanislaus Phoenicius Lublini anno 1632. edidit libellum cui titulus: Maria Mancipium, pium sie- siue modus tradendi se in mancipium Deiparz Virgini. vbi de Marino fratre B. Petri Damiani, Deiparæ mancipio, felicissimè moriente.

Conversa \$10 pia. De illas begere.

1252 Florentiæ hoc anno Italice typis in lucem dedit P. Ioannes Dominicus Ottonellus Conuerfationem Issv, MARIA, IOSEPHI; Augusta autem P. Vuolfigangus Herman, corollam bonoris B. V. feu synopsim testimoniorum de B.V.

ab. Panormi 5. Aug 1652. Illam confulere per synaxim Sabbasi-RAM.

1253 Casar Caietanus è Cassari Principe, & Sortini Marchione Societatis IEsv Nouitius, cum de Societate ineunda Deiparam consultricem optaret, præter adhibita Sabbatina & pridie sestorum. eius arcta ieiunia, Sabbato quouis sacræ synaxi accubuit: postea in Societate quoque illi tenere one, ac obits magnis monerious addictus.

Populum cius amore inflammare.

ANNO MD CLIII, Soc. 113 1254 Annuæ Paraquariæ in hunc annum late exequuntur, quanto in Deiparam studio populum illum accendat Societas. Nouum quendam pagum B. V. Lauretanæ pagum vocant. Ibi Beatifs. Virginis Sodalitatem collegere Patres, quam ille populus tanti facit, vt se in illa salutis sue telferam

seram habere opinetur. Ager quidam cum de sodatife ineunda illa Sodalitate cogitaret, dicitur vidisse tes B.V. aperto vitrò tecto ac cælo ipsam cæli augustam. magni fa ad se descendere, à qua salutatus & bono de re-cere. cuperanda incolumitate animo esse iussus est. Habebat vasculum cælesti quodam liquore plenum Virgo: & mox apprehensâ vtraque infirmi manu, illi aliquid è pretioso illo liquore infudit, inslitque ori inferre. Parnit æger: & admirabilis liquoris illius fragrantia suauitateque se adeò recreatum sensit, vt illico morbus omnis aufugerit. Elinguis præ gaudio, & fui vix iam compos, ac deliciarum & lachrymarum plenus Deiparam intuebatur: quæ illi blande iterum locuta: Eia,inquit, Sodalitafili, hoc pretium ac præmium est illius pietatis qua ter fouere. ad meam Congregationem aspiras; maiora colecuturus indies, nisi torpeas in incepto. Hæcille Sodalitansillius Præsidi narranit, & albo inscriptus est.

1255 Fæminæ ad bonam frugem a locijs adductæ arque à Deipara pro tribunali Christi adinta, in agone musica de B. V. imagine erumpente recreatæ mortem vide latius n. 18, in annuis ibid.

1256 P. Ioannes Almeida stupenda sui afflicatio- ob.in Bra ne mirabilis, catenis, flagris, cilicijs se atterebat. fil. 1653. Deiparæ, ac S. Iosepho aram in corde constituit, Mortifiape illud ingeminans: Iejus, Maria, Iofeph; Gloria catio. Ia-Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, & Virgini Maria, culasoria Identidem se coram Deo Deiparaqihumi sternebat, Humiliibi iacens instar iumenti viceribus scatentis, tabes tai. pleni, ac mortui. Cum esset paruulus, Viana in Sabbatina Lustania Sabbato quonis ad B. V. templum piam peregriperegrinationem instituebat cum pia fœmina à qua natio. educabatur, quippe hospes ex Anglia. Sæpè officio Ecclesiastico persoluto, aliud de sancta illius

DDDD

Morbus .

Con.

n,

Co.

lo

11;

us

10

25:

ate

no

1111 rz

11,

11-

a-

u

eu

174

a-

X1 è

e

n

2.

-

na

his etiam sæpè vtebatur: O SSS. Trinitas! ò Domine Iesv! O Virgo sanctissima! O Mater admirabilis! O mors, ò iudicium, ò aternitas. Plura de illo in annuis, & mira.

gif

Bea

ga]

illi

Top

Ma

arg

(par

Ma

ten

WS5

06

uur

vna

ta,

fua

tas

Cui

Pa

81

Per

B.

mi

in

car

re

na

illi

ob. 1653. 10. Iun. Fiducia. Pf. 92.

nemoriæ produnt, illi, præter alia, visam sæpiùs Des Matrem; quæ etiam aliquando de salute anxio dixerit: Noli timere, Fili. Quis, inquit S. Bonauent. quis satisfaciet enarrare opera tua, Domina, & quis inuestigabit thesauros misericordiz tua?

ob. 1653.

Domum

Suam

B.V dica
re.

1258 P. Carolus Musart Viennæ pluribus autor suit; vt præ soribus domorum B. V. statuas ponerent, ac præ his lampades appenderent, & Sabbato Litanias cani curarent, atque ita impetrarent illud quod petit S, Io. Damasc. Assulge mibi cum redio veræ pænitentiæ: illumina me salutiseris splendoribus, à purissima. De Francisco Pennant hoc anno

m.s.fer.4.

mortuo vide annum 1639. n. 873.

Numisma
B.V. cum
animabus
puryaterÿ.

mo professorum adnitente, numisma elegans curatum est, cuius partent superiorem in cælo B. Virgo cum paruulo suo Iesvoccupat; inferiorem, anima vna manibus è purgatorij slammis ad Iesvm, & Mariam porrectis, cum inscriptione: Mater Miscricordia. Hac arte tam B. Virgo, quàm selices illa anima in mentem veniunt; cum numismata è rolario, colloue pendentia longè facilius præ manibus, oculisque versentur quàm imagines. S. Bonauentura: Miscrationibus tuis repletur paradisus: & à terrore tuo bostis confunditur infernalis. Qui sperat in te, in ueniet the sauros pacis; & qui te non inuocat, non per ueniet ad Regnum Dei.

PJ. 86.

1260 Philosophia Pragensis Collegij cum Ma-

8

0

10

8

S

10

a.

25

10

1C-

12-

11-

12

群 10

0=

llo

II-

ni-

80

0-

12

2-

15,

11-

re

171-

er

20

giftro fuos 70. Magiffros emeritos & laureatos ad sudia Beatissima Deipara Montem Sanctum septimo Pra- sua illi ga lapide dissirum religiose duxis hoc anno, seque illi dedicauit. Appensium anathema suere Philolophorum nomina serico explicato impresla, ac Matri, & sedi Sapientia dedicata: calamus item. argenteus, auro elegans, pendulus à catena. Imago etiam einldem Virginis æri incila imprella late parla. Felicia ingenia que sanctas, & nouas Der Matrem colendi artes inneniunt, & exemplo exdebuture Pro Maria Concepta fue percalpinubnsi

1261 In Annuis Francia, hoc anno in mari ob savientem tempestatem, iam spem vitæ, & clauum abiecerat gubernator. Vouit notter, qui istic vna periclitabatur, iejunium diei Sabbati tota vi- Sabbat. ta, & nouendiale Sacrificium. Mercaroribus persuasse varia opera pieratis : & fada est tranquilli-Hilps i tota caleftis cuiudam, ac ullangam est

1262 In Auftriz Prouincia hocanno quidant In tentecum ad defectionem à Societate tentaretur : ei que dones ... Passauij Anxiliatrivis titulo colitur Virgini Deipara le impensitis commendante semely iterumques; & placide conquieuie, illas voces sibi visus audire: Permane constans ibirbies . S. Bonauentura ad B. V. Irradiatio florise tux dibutidat intellectum : Er lux pf. \$5. miferationum tuarum perducit ad falutem insonsions and to

1263 Vienne Auftrie, bonorum operum, que opera fus in Sodalirate quormensibus Præsidi dane singuli, in B. K. catalogum Sodales aliqui suo sanguine conscripse manibus re, ac are Pirginis obtulete, iuxta illud St Ber- deponere. nardi: Modicum iffud quod offerre desideras, purissimis in fine ser. illis, & omni acceptione dignissimis MARIE manibus de Aqueofferendum tradere cura , si non vis sustinere repulsam. ducius

1989 Hispali hogianno curru triumphali

DDDD

dedicare. Et finem omnis-

P .102.

argulada? सार क्षेत्र कार

Nouendiale facrum .

\$05.270.

cum

Conceptionem bonorart, sino

4,13349

p .10%. Scholaftisus ad eius eultum accendere.

Nower-

de All.

fel. 270.

B.V.

Immacu - cum pompæ multifariam sptendidæ apparatione, lata B.V. præter Sacramentum in maculatæ Conceptionidefendendæ dicum, quoad per Ecclesiam id liceat, ducta supplicatio ac triumphus, magna omnium (& quorundam etiam gaudio lachrymantium) exultatione; quasi dicerent cum S. Bonauentura, Benedic, anima mea, Matri IESV Christi, & omnia, pracordia mea glorificate nomen eius. Sublata in altum hastis triumphalibus formula iuramenti, Inprægrandi vexillo hæc epigraphe à Theologo ge-Stabatur : Pro MARIA Concepta fine peccato originali Collegium , & Schola S. Hermenegildi Societatis IESV. Triduum tenuit varie semper admirabilis, noua & omnium plausu publico accepta dierum, nociii, templi, fori, platearum, equitum, tubarum, dramatum, certaminum, symbolorum, carminumu Sodalitatum anationumque iurantium celebritas, Hispali tota cælestis cuiusdam, ac triumphatricis Vrbis magnificentiffimam imaginem referente 30.10. fz. S. Augustinus: Quid dicam pauper ingenio? Sim. lum te vocem , altior es ; si Matrem gentium dicam, pracedis ; si formam Des appellem, digna existis.

Z

d

B fi

ti

li

S

1265 Hoc anno Granatæ hoc Marianæ coro-Contritio- næ aucharium est adiuncium, vt ad maiora grana nem a Deo gratia à Deo petatur ad actum vera contritionis per illam eliciendum; ad singula verò grana salutationis Anpetere. gelica eliciatur actus virus contritionis. S.Ioannes m.f. fer.4. Damascenus ad B.V. Cordi obductum callum ac damo.

ode 7. num impetus velocicer extermina.

policies 1266 P. Ioannes Machuca dolentis Deipara Delentem (cui à solitudine nomen est à triduo Christiinse. celebrare. pulchro iacentis) cultum percelebrem reddidit, m.f. fer.3. procurată illi statuă, arâ în templo, ac varijs officijs pietatis. Me dignum fac compassione tua

muo

dadi

inquit idem S. Ioannes Damascenus.

1267 In Rheno, Superiore Sodales inter corona, quam recitant, decades, velut intercalare carmen interponunt eins quod celebrant festi Mariani memoriam v.g. in festo Visitationis; Per amabilem, & latabilem Visitationem tuam, visita me, & doce, me vt in aternum magnificet anima mea Dominum. Ita S. Ioannes Damascenus ibidem , Matrem tuam, air, ego infelix offero tibi, ò Verbum, ad intercedendum pro me; quam tu suscipiens libera me.

1268 M. Leonardus Schaffers ad Deiparæ cultum voti Sacramento le obligauit ; idque agebat alfidue quod vouerat. S. Bonauentura: Nihil abscondas mihi de amore tuo. Quid retribuam tibi nisi me totum ?

e ,

de-

eat,

m

(ب

au

a

al-

In

ge-

inali

ESV.

1241

tiú,

dra-

ريدا

itas,

ricis

100

1 660

دوا

010-

ana

onis

An-

nnes

27119-

arx

le-

lit,

rijs

Domina, Suscipe me 1, 11 oq 11 and 11 fills . High 1269 Sunt de Societate qui sacra, coronas, 1elunia, cilicia, & cærera quæ animabus purgatorij donant liberaliter, omnia deponunt in manibus B. Virginis; vt illa de illis applicandis arbitratu suo disponat : sunt qui animas illorum potissimum adiutas volunt qui in hacvita B. Virgini singulari studio su êre addicti. Cortraci primæ notæ Sodales Sacramentum dixère, quo se ad pias illas animas cum alijs pietatis officijs, tum verò communionis menstruæ indulgentijs, precibus, pietate, ac Sabbatino iciunio enixiùs adiuuandas liberaliter obstinxere. Mexici hoc anno 2. Nouembris initus est numerus mortualium sacrificiorum, è datis quatuor in fingula sacra regalibus, siue iulijs (quotum septem ac decem faciunt vnum aureum, quem Vngaricum vocant) procuratorum à nostris Sodalibus: & numerata sunt id genus sacrificiorum. tredecim millia quingenta triginta nouem; omnia Sodalium pietate curata, aliquot scutorum millibus

Feft

06.1653. Voio le illi obstringere. PJ.119.

Purgatory animas su

Design Co

Contraction of the last of the

S Gravere-

Pet. peg.

-2754

conf

legi

1910

nam

ius

I

hoc

100

Dei

illi:

wim

illu

The

1

ni .

P.1

tai

in

exl

fac

du

po

fai

in

la

be

Se

lo

Ca

d

eam in rem pià liberalitate impensis. S. Bonauen tura: Intellectus bonus omnibus honorantibus te: & fors illorum inter Angelos pacis.

pf. 110:

1270 Annus meus Angelicus hoc anno pro Tyrnauiensi B. V. Sodalitate datus in lucem ait Angelos Angelis perplacere in nobis cultum Deipara. Afcum illa fert autores qui dicant Regiam olim in Vngaria colere. vid. held. infantem, dum nasceretur, claro sermone Vngarico 14.31.43 · hæc protulisse: Aue Regina calorum: Mater Regis Ang 50.

-bebd. 24. Prorum corda ille

Berre.

Pursulary

ALL FORWARDS

HART.

1271 Annus meus pueri Iesv hoc anno, in eo. rundem Sodalium gratiam Antuerpiæ typis datus, ait visam este Deiparam Salue Regina canentium fanctimonialium fingularum corda in aureo va culo collegisse, distribute disposuisse, suo Filio obtulisse Hoc meditationis hora agendum & alias: cor tuum cum omnium per vniuersam Societatem orantium cordibus Beatissima Virgini attente commendandum; ve illa omnia nostra corda offerat Deo lesva eligog majo a samine igo mil: renoglio oci

ob. 1653. exemplis Lere.

1272 P. Joannes Bourgbestus edidit anno 1620 Domeficis Duaci libellum laude dignum, cui titulus: Societai Lesu Marie Deipara Virgini sacra. Mihi cerce illum. illam co- in tirocinio voluenti fingularem attulit voluptatem Veinam & hic meus profit omnibus . The a angu

S Gabrie-85. 187. 190.

1273 Lugduni hoc anno P. Honor tus Nicque us eruditum, ac pium librum edidit de S. Gabrieles lem colere. Archangelo: vbi de illo explicat etiam ea qua spe-Vid. pag. dant ad B. Virginem ab eo salutatam : aitque illum eins Angelum Custodem fuisse, Per illum petendum esie amorem erga Christum, & eius Matremionitosi epose bi mil estremen & rapdil

1274 Capuæ in more poni cæptum, vt B.Virginis peruigilijs omnibus, pauperibus, quoiquot

man

S

0

It

1

0

17

).

Si

0

6.

m

m

10

0

14 41

16

13

e.

9

15

31

confluxerint, prandium detur sumptibus eins Collegij; eilque Patres, ac fratres ministrent . Felir religiosus ille, inquit Thomas à Kempis, qui Domium nostram elegit sibi in Matrem consolantem, & to- storum. ius vita sua custodem protegentem.

1275 P. Christophorus Vega Tubalensis edidit hocanno Lugduni in folio Theologiam Marianam; hoc est, certamina literaria de B. V. Eamque ipsi Deiparæ dedicauit proæmio luculento. Dicendum illiait id quod olim dixit Philosophus: O abyffe, um te capere non possim, tu me recipe! Penetrandum illud Euthymij dicentis: oportet babere linguari Theologicam ad loquendum de Matre Dei.

1276 Prodijt hoc anno etiam P. Bohuslai Baloini Sodalis Parthenius, Olomucij: Parifijs autem_.

P.Laurenty le Brun Vespera MARIANX.

1277 Hoc anno in Paraquaria Sacerdote nohto ad peccata confitenda Indum ægrum exhortante, dæmon ægri aures occludebat. Sed vocata per illam in opem Deipara dæmonem abegit : & æger Patris submoueexhortatione tandem audita expiatus decessit. Hoc ". lacus Oratoribus nostris, hoc Confessarijs elt agendum, ve Beatissima Virgo & nobis linguam ad apposite loquendum, & ijs quibus loquimur aures ad sancte audiendum aperiat, & persiciat.

ANNO MDCLIV. Soc. 114.

1278 Etiam ea quæ S.P. Ignatius laudauit & in viu habuit æstimare discimus à Dei Matre; illamque hac etiam arre bene colimus, si illam habeamus Consultricem. Hoc anno Veceris Oetinga Orare at-Senex quidam antiquæ probitatis, sine suco vel do- Crucifis lo, à Patre quodam è Societate, apud quem pec- xum. cata deposuerat, petijt; quid ilsi de quadam orandi formula videretur, quam ipse aiebat se ab ipsa

Eleemilyna in Virg. fe-B. V. Partis 3. Crns 2. Schuldsilco cuan ingento 11lam celebrare. orat 2 de de Zona.

Confession nas impedimenta

tente ad

Dei-